UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

De hominis peruersitate. 35.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50828

Visual Library

piſſet, præ nimio æſtu, non modo palliũ, ſed & tunicã quoq; exuit.

De hominis peruerſitate.

35.

SErpentum nobis dens eſt, mens læua columbæ:
Stultitia & pueros, & ſuperamus oues.
Et canis eſt morſus nobis, & equina libido:
Vt leo nos furimus ſemper, & inſtar apis.
Formicæ ventris non cura eſt maior alendi:
Fermenti & veteris nos comitatur acor.
Sic innata feris mala nobis cuncta ſuperſunt:
Cum bona deficiant inſita cuncta feris.

SCHOLIA.

Serpentum nobis) Eadẽ res in Scriptura diuerſas ob cauſas perſæpe diuerſis modis accipitur. Exempli cauſa: Serpens vbique in malã partem ſumitur, præterquam apud Matthæum, vbi ipſius prudentia nobis ad imitandum proponitur: nempe vt quemadmodum ille præ cæteris partibus caput ſummo ſtudio tuetur, ſic nos quoque Chriſti, capitis noſtri, *Mat.* 10

cauſa omnia corporis mem
periculis obiicere non dubite
quò incolume in nobis capu
Mat.10. ſeruetur. Columbæ ſimplic
apud Matthæum item comm
datur:at rurſus eiuſdem ve
Oſe.7. dia apud Oſeam notatur, vb
phraim columbæ ſeductæ a
excordi cóparatur. Eodem
do pueri ſimplicitas atque in
centia vſqueadeo à Chriſto
Mat.18. dicatur, vt aditum ad cœlum
bis patere poſſe neget, niſi
uulorum inſtar efficiamur.
2 Cor.14 idque Paulus nos admonet
malitia paruuli ſimus. At ru
eiuſdem inſcitia in Prouerbi
Mat.25. apud Paulũ, vituperatur. Iã
innocentia tanta eſt, vt Chri
electos omnes hoc nomine
pellet, atqueadeo ipſe oui co
ratur:verùm rurſus ouis ſtul
ita perſpicua eſt, vt etiam in p

uerbium abierit. Vide Eraſmum
in prouerb. ouium mores. Quin-
etiam Eſaias Iudęorum, qui ſe à *Eſa. 53.*
Deo abſtraxerant, peccata confi-
tens, dicebat, Omnes nos tanquã
oues errauimus. Tum autem ca-
nis erga Dominum fidelitate ni-
hil notius. At idem tamen in ma-
lam partem vſurpatur Prouerb.
26. Eccleſ. 13. Matth. 15. 2. Pet. 2.
Quin Eſaiæ 56. Improbi paſto-
res, quibuſque paſcendarum o-
uium cura nulla eſt, mutis canibꝰ
ſimiles eſſe dicuntur. Atque ad
eundem modum generoſus equi
ad bellum impetus ſimilitudinis
cauſa apud Hieremiam accipitur:
verùm eiuſdem libido alio loco *Hier. 8.*
notatur. Enimuerò leonis gene- *Hier. 5.*
roſa audacia hoc nomine in lau-
de eſt, quòd vt ſuperbos debella-
re, ſic etiã ſubiectis parcere ſciat. *Apoc. 5*
Vnde etiam Chriſtus leo de tribu

Iuda nuncupatur. Et tamen id
in ſiniſtram partem apud Ec-
Eccli. 4 ſiaſticum capitur, vbi ait, N
eſſe tanquã leo in domo tua, ſ
uertens domeſticos tuos. Q
autem ad formicã attinet, C
ſt⁹ vetat nos nimis anxia ac p
poſtera earum rerum cura af
quæ ad huius vitæ vſum ſpe
At interim tamen commod
Pro. 6 eſt, formicæ more, cuius in P
uerb. libro mentio fit, in poſ
proſpicere (ne alioqui in ex
mo iudicij die inanes reper
mur) atque illud Heſiodi ſem
In lib. memoria tenere, Non ęſtas
opera & ſemper erit: iam confice nidos
dies. Denique fermentum variis
tionibus nunc in bonam par
accipitur, nunc in malam. At
hęc pro huius Octaſtichi enar
tione nobis dicta ſint. Quib⁹
ronidis inſtar haud alienum ſ

rit adiungere quæ ſcribit Chry- *Hom.*
ſoſtomus. Hominem, inquit, te a- *23. ad*
gnoſcere nequeo. Cũ nẽpe tãquã *pop. An-*
aſinus recalcitres, laſciuias autẽ *tioch.*
vt taurus, tanquam equus verò
poſt mulieres inhies, vẽtri tãquã
vrſus indulgeas, vt mulus carnẽ
impingues, & malum memoria
teneas velut camelus, porro ra-
pias quidẽ vt lupus, ac vt ſerpens
iraſcaris, ferias vt ſcorpius, ſis
ſubdolus vt vulpes, nequitiæ ve-
ro tanquã aſpis & vipera venenũ
ſerues, ac ſicut ille malignus dæ-
mõ fratres impugnes, quomodo
te cum hominibus connumera-
re valeam, talis in te naturæ ſigna
cum non intuear?

De ſalutis via.

36.

Vulgari non eſſe via cenſebat eundum
Pythagoras: ſed quà, nõ docet ille tamẽ.
Nec mirum: hoc etenim, ſi Chriſtũ exceperis vnum,